Fragmentarium

guſtiſ Hi ſunt profecto omni laude digniſſimi. Eo fit
ut illd Tibulli iocunde legam Me mea paupertas uite
traducat inherti Dum meus aſſiduo luceat igne foecus
Neq; martialis illd deliteſcere patiemur qd & animo & ore
ſemper agitato Quod incomitatus laudo qd in frequē
tia & admiror & predico Hoc illd eſt. illa placeat tel
lus in qua res parua beatū Me facit. & tenues luxu
rianter opes Huius .n. generis homines non auri
in expleta cupidine non immenſis opibus capiuntur
quo poſſit fortuna quomodo hec nervos ſuos intendere. hi
enim fidem integritatem pietatem religionē uis faſq;
animi malūt q; extructam ſupellectilem q. exundā
tes copijs omnibus lares q; ſaculos ere turgentes. hoīes
hij diuis nomē & aurum ut triste prodigium intuētur
Propertij alacres illd uoluptuoſe legunt & memorāt
At nō deſertis ceſſent ſacraria lucis Aurum omnes
uicta iam pietate colunt. Auro pulſa fides auro uena
lia iura Aurum lex ſequitur mox ſine lege pudor. Hic
ego profecto capior incredibili uoluptate cum hos uitā
intueor cum grauibus ſolutā curis tum dignis ocijs
geſtientem quantule res ſint horum amicis patent
conuiuia celebrāt in ſua lauta paupie negantes ſe
lucullo ceſſuros in apolline ſi cenarēt exporrecta frōte
et morte mutant euandrio. Aude hoſpes contempnē
opes & te quoq; dignum finge deo rebusq; ueni nō aſper.

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 b, 3v – Philippus Ariminensis, Symposium de paupertate (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8l46/11343/82219)